



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXII. Litis contestatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

& lites non ex præscripto legis, sed arbitrio iudicis dijudicentur Bronchorst. 1. assert. 2. liti in distinctè sive ante sive post litem contestatam renunciare licet. 1. postquam 4. C. de pact. l. destitisse 10. de iudic. Illico Ulm. diffut. 6. ad process. iudic. num. 76. nec lites resuscitare oportet Gail. lib. 2. observ. 70. num. 8. atque sic per solam litem renunciationem impediri novæ litis ingressum addunt Castrenf. in d. l. postquam 4. C. de pact. numer. 2. ibid. Jason. numer. 4. vers. nota ex textu. col. 2. Pacian. conf. 71. numer. 3. conf. Carpzov. de inhib. posit. 1.

III.

Pro lite nemo mortis periculum subire cogitur. l. 2. §. si quis iudicio 3. ff. si quis cant. l. si pater 34. §. 1. ff. de donat. Carpzov. p. 1. conf. 31. def. 6. num. 2.

IV.

Mutata persona per mortem defuncti lis & causa mutatur. l. an eadem. 14. l. cum de hoc 27. ff. de except. rei jud. Carpzov. p. 1. conf. 17. def. 41. num. 5.

V.

Lites abbreviari publice interest. l. propemadum 13. C. de iudic. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de re iudic. l. 2. princ. ff. de ag. plur. arc. Carpzov. cum alleg. 2. R. 4. num. 8. & 3. R. 17. n. 13. 2. R. 127. n. 12. contra maxime cavendum, ne lites ex litibus ferantur. l. si quis u. in fin. C. de reb. cred. Wefenb. parat. de iudiciis. n. 13. quod facile obtinebitur, si vitiligatores coercentur, prout talem cautelam suggerit Morzac. ad tit. Cod. ut nemo invit. agere vel. accus. Hinc hodie iudices causas summarie definire possunt, præsertim vilium personarum & agricolarum. Perez. C. de Conductor. & Procurator. num. 5.

VI.

Lis ubi coepta, ibi finire debet. Amplia licet reus interea aliud forum fortiaur, e. g. si miles militiam depofuerit l. fin. C. de Veteran. puella alterius fori marito nubat. l. 19. pr. de iurisdic. vid. Perez. C. de Veteran. n. 10.

VII.

Remedia litium abbreviandarum sunt: (1.) temerè litigantes & appellantes gravissimè coercantur Rec. Imp. de anno 1600. §. und obivohl 20. Parth. litig. lib. 2. cap. 14. num. 12. 20. (2.) advocati in singulis causis jurent. Id. L. 2. c. 7. n. 9. (3.) Juramentum in animam alterius non admittatur. Id. Lib. 1. cap. 15. n. 33. (4.) Jurium allegationes & disputationes tollantur. ord. Cam. P. 3. tit. 40. §. was aber. (5.) Exceptiones omnes simul proponantur. R. 7. de anno 1570. §. demnach sollen die gewöhnliche. & de anno 1594. §. Sehen demnach ordnen und wollen. ord. Cam. P. 3. tit. 13. §. f. (6.) non concedantur articuli additionales additionalium R. 7. de anno 1600. §. es sollen auch. 126. neque prorogationes prorogationum R. 7. 1594. §. Sollen sich. 59. Wehn. obs. pract. verb. Justici Wefen.

VIII.

Litibus carere non minima beatitudinis pars est; ratio, quod ista variarum molestiarum causa & origo sint, & semper eventus dubius existat.

vid. ad hanc rem axiom. II. Carpz. 3. resp. 98. num. 1. 2. 3.

CAP. XXXII.
Litis contestatio.

Axioma I.

Litis contestatio est lapis angularis, ut Bald. in cap. 1. col. 1. de lit. contest. basis & fundamentum totius iudicii, cui omnia inniuntur acta quæ sunt vehiculum ad sententiam, Roland. à Valle vol. 4. conf. 8. num. 7. Georg. Obrecht. de lit. contest. cap. 10. num. 6. cit. à Carpzov. decisi. 40. num. 1. & de iure communi unum de substantialibus iudicii, adeo, ut si omitteretur, vitietur totum processum, vid. l. ult. C. de lit. contest. & cap. un. extr. cod. in 6. gloss. in cap. dudum. cl. 1. de Elect. Barr. & Dd. in l. prolatam. C. de sentent. & Cardin. in Clem. sepè in princ. opposit. 4. de V. S. Gail. 1. obs. 75. num. 1. 3. ult. C. de lit. contest. & cap. un. 2. Conf. Argent. 1. conf. 28. num. 8. sine litem enim contestatione iudicium esse non posse ex d. l. 1. C. de litem contestat. docet Philipp. Matth. ad l. 36. de R. I. num. 4. adeo ut quicquid ante litem contestatam fiat hoc videatur extra iudicium fieri, l. adiles 25. §. item 8. de adul. edit. Wefenb. in parat. ff. de his qui nor. infam. num. 9. Unde omnes actiones tempore perituras, quamvis poenales, perpetuas efficit, ita ut heredibus dentur & in heredes transeant, l. 26. ff. de O. & A. l. 139. l. 104. de R. I. imò & reo omnem exceptionum dilatoriarum opponendarum potestatem admittit, iuxta l. ult. C. de except. solaque negatione inducitur gloss. & Dd. in c. un. de lit. contest. Panorm. in cap. in causis de re iudic. Vult. 1. Conf. Marpurg. 15. num. 24. atque adeo obligat ad instantiam, ut ab ea quis discedere vel poenitere amplius non possit. l. si qui se obtulit 25. ubi gloss. verb. qui discessit. ff. de rei vind. l. sed et si suscepit 52. ff. de iudic. l. nemo 4. C. de iurisdic. gloss. sing. in l. 2. §. fin. ff. de prator. stipul. Felin. in cap. quævis. num. 6. vers. tertius declaratio de iudic. inde nec perfectam rei alienæ scientiam, sed dubitationem gignere perhibetur. l. 10. vers. qui licet. C. de acquir. poss. Rauchtbar. lib. 2. quæst. iur. civil. & Saxon. quæst. 28. n. 19.

II.

Litem contestari qui patitur iudicio contrahit. l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 57. ff. de solut. l. 20. ff. de petit. hered. Litis enim contestatio est tantæ efficaciat, ut etiam libellus post litem contestatam emendari, vel mutari nequeat. Dd. in l. edita. C. de edend. Menoch. lib. 2. arbit. jud. cas. 126. Mynd. resp. 27. num. 5. & resp. 100. n. 11. Socin. reg. 292. incipit libellus post litem. Felin. in cap. significatibus de libell. oblat. etiam si clausula salvo jure addendi vel minuendi appositæ fuisset. gloss. in cap. inter dilectas de fide instrum. & ibi Panorm. Thom. Ferret. cant. 34. Jac. in l. non solum §. morte. ff. de oper. nunc. quoniam & hunc habet effectum, ut Dominus nuda sua voluntate procuratoris mandatum revocare nequeat, sed adversarius iustam habeat contradicendi causam. l. 25. §. 1. verb. sed et si adversarius dicat. ubi gloss. in verb. suspectus de procur. Carpzovius decisi. 45. num. 11. & seqq.

III. Lis

III.

Lis sub conditione contestata pro nondum contestata habetur. l. si quis 8. ff. si quis omiff. caus. testam. Carpoz. p. 1. constit. u. de fin. 3. n. 3. & de cif. 40. n. 13. cum cit. add. O. C. p. 3. tit. 13. n. 5.

IV.

Quoties sententia pro actore non subsequitur, toties litis contestatio reum non obligat.

Ratio, quia sententia demum vim tribuit litis contestationi, cum ex sententia constet, utrum legitime an frivole lis fuerit intentata. Conf. l. 3. §. ult. ff. de pecul.

Exempl. ita ergo si quis aliquem bonæ fidei possessorem conveniat de re sua restituenda, non aliter b. f. possessor tenetur de fructibus post litem contestatam perceptis, quam si per sententiam res fuerit evicta. l. 25. §. ult. ff. de usur. neque aliter litis contestatio interruptit præscriptionem quam si sententia fuerit secuta. vid. Rubr. de Citatione.

CAP. XXXIII.

De Litis denunciatione.

Axioma I.

Quoties quis contra alterum regressum vult instituere, toties ipsi litem denunciare debet, quia alioquin ipsi posset culpa imputari, quare alterum, cui iusta poterat causa fuisse defensionis, non advocaverit. Emtor igitur litem de re vendita motam mutare denunciet venditori etiam scienti l. 7. & 20. C. de evict. Conf. Axiom. seq.

Limita, nisi illius, contra quem regressus competit, causa notorie sit iniusta, vel probare quis posset, autorem nullum jus habuisse. Carpz. de process. art. 4. n. 32. & 38.

II.

Quoties litis denunciatio non ad nudam scientiam sed & ad factum aliquod præstandum requiritur, toties etiam scienti fieri debet l. 7. & 20. C. de Evict. quia nemo tenetur factum & operam suam alteri sponte offerre. Imminente igitur evictione, cum denunciatio ad defensionem Emtoris faciendam, etiam scienti fieri debebit. Brunnem. ad d. text.

CAP. XXXIV.

De Litis Pendentia, Litigioso.

Axioma I.

Quoties Citatio est decreta & insinuata, toties lis pendens dicitur & præventa. l. ult. §. ubi post admonitionem. 2. C. de in. jus vocand.

Ratio: quia Citatio est initium Judicii, quod sine jurisdictione exerceri nequit. Hinc, uti per illam Jurisdictio præventa, ita quoque lis pendens facta dicitur. Ita ergo quando contra paganum decreta Citatio, utut ille postea factus fuerit miles, nihilominus in prioriforo lit pendens manet. cap. 19. X. de foro comper.

Declar. modò Citatio à iudice competente fuerit facta, cum aliàs impunè sperni pollit. l. ult. ff. de Jurisdic. Brunnem. in Process. Civil. cap. 7. n. 13.

II.

Lite pendente nihil est innovandum, ne quidem in gratiam fisci. Brunnem. in l. 7. C. de Jure Fisci.

Limita: si dominus à colonò contradicente redditus fundi postulet, fructus nummarii interea sequestrantur, alii venduntur & deponuntur, nisi colonus de redditibus eventualiter domino præstandis fidejussorem det. l. 20. pr. & §. 1. 2. C. de agricol. & Censit. Perez. C. eod. n. 21. 22. 23. Quando lis pendet super hoc, an Exactor plus solito subditum gravaverit, lite hac pendente debitor non compellitur ad integram solutionem sed tantum ad solutam portionem. Brunnem. ad l. 1. C. de Censib. in fin.

III.

Utrum executionem impediatur Exceptio Litis pendentiæ in via ordinaria, vid. Carleval. tract. de Judic. tit. 3. disp. 14.

IV.

Litigio res subjecta minus venit æstimanda. l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SC. Trebell. l. mortis causa capimus 14. §. fin. de mort. caus. donat. Laurent. Tentin. cautel. 236. num. 10.

V.

Litigiosi vitium non afficit tertium. Nicol. Milis in repert. suo verb. lite pendente. Rota Rom. decis. 3. n. 2. in fin. in novis 15. Lancellot. de Attentat. p. 1. c. 3. à num. 90. usq. ad n. 153. Unde quod perempta instantia vitium litigiosi durare dicitur, illud quoad ipsos litigatores, non quoad ipsum tertium intelligi debet, cum in tertium vel à tertio alienatio facta subsistat. Bart. in l. 2. ibiq. Alex. Jaf. Curt. C. de edend. Curt. sen. conf. 72. n. 9. Paris. conf. 104. n. 155. vol. 1. Vult. 3. Consil. Marp. 22. n. 42. Salicet. in l. properandum. §. siquidem. num. 15. vers. 20. C. de judic. Natt. conf. 350. num. 5. Satis enim lucrari dicitur, qui à lite discesserit, Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. jur. cap. 1. n. 12. Carpoz. p. 1. conf. 1. de fin. 9. n. 5. Satisq. magnum commodum consequitur. l. Lucius 78. §. fin. ad SC. Trebelliam. Tiber. Decian. resp. 103. n. 3.

VI.

Lite pendente nihil est innovandum. cap. 1. & cap. fin. extr. ut lit. pendente. etiam ne principis quidem autoritate, rescriptum enim eo nomine impetratum omnino nullum est. l. fin. C. si per vim l. Meminisse 6. C. unde vi. Hostiens. in summ. ejus tit. num. 2. Innocent. in d. cap. fin. num. 1. ibiq. Panorm. Albert. Brun. conf. 203. Regn. Sixtin. lib. 2. Conf. Marp. 18. n. 78. v. Reichs-Abschied de Anno 1570. §. in quo antea. quod verum esse de Dominio vel quali not. Speculat. in §. novissime. n. 17. vers. item. non obstat. de appellat. Bellamer. in cap. cum M. n. 6. vers. ad hoc autem. extr. de consil. Pacian. consil. 2. num. 37. Similiter litis pendentia coram uno iudice impedit agitari eam coram alio. Socin. conf. 38. volum. 1. maxime quando sententia lata ab uno parit exceptionem rei judicate coram alio, Marant. in quest. legal. disput. 6. n. 24. licet quoad tertium ob litem inter duos pendentem, quamvis jure suo utatur, secus sit. arg. l. cujuscunque 60. §. 1. de usufruct. Vult. 3. Consil. Marp. 22. numer. 43. imò sicut litis pendentia in petitorio non obstat agere volenti in possessio-